



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo||nis Episcopi Hal-||berstatten[sis] Homiliarum,  
nunc sexto || maiori [pro] ante hac unquam dili||gentia  
excusarum, || Pars ...**

praeter omnes omnium appendices, accesserunt iam recens homiliae  
aliquot piæ, ante hoc tempus excusæ nusquam

Pars Aestivalis

**Haimo <Altissiodorensis>**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1551**

**VD16 H 222**

In octava pentecostes

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39335**

tem audit, sequatur errantem. Improbis autē magister est diabolus, qui falsa ueris saepe permiscet, ut specie ueritatis, testimonium fraudis obtexat. Alias autem non solum dæmones, qui inuiti confitebantur, iubentur flere de Christo: sed & illi, qui ab eo sanati, sponte confiteri uolebāt, imo ipsi apostoli, qui eum post resurrectionem toto orbe erant predicaturi, ante passionē eius præcipiuntur omnino reticere de illo: ne diuina uidelicet maiestate prædicata, passionis dispensatio differetur: & dilata passioe, salus mūdi quæ per hanc futura erat, negaretur.

Facta autem die, egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eum, & uenerunt usque ad ipsum, & detinebant illum, ne discederet ab eis. ¶ Si occasu solis domini mors exprimitur saluatoris, quare non die redeunte resurrectio illius indicetur, qui manifesta luce a credentium turbis inquiritur, & in gentium deserto inuentus, ne ab eis detinetur, maxime cum hæc prima sabbati, quo resurrectio celebrata est, egressio, quæ sitio, & inuentio contigerit?

Quibus ille ait: Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum dei, quia ideo missus sum. ¶ Et ut Marcus ait: Abiit in desertum gentium, ibique in suis fidelibus orabat, quia corda eorum per gratiam sui spiritus ad uirtutem orationis excitabat.

### IN OCTAVA PENTECOSTES.

Apocalypseos quarto.

In diebus illis Vidi ostium apertum in celo. Et reliqua.

**C**onueniēter ostium caeleste ascensurus aspi-  
cit, cui celsa mysteria p̄adi permittūtur: uel  
qui ostium Christus est, q̄ illum crediderit  
natum & passum, cōscendit cælum, id est, ecclesie  
altitudinem, & uidet futura spiritalis effectus, sicut  
dicit: Et statim fui in spiritu.

Apo. 1.

Et uox prima quam audiui, tanquam tubæ  
loquentis mecum, dicens: Ascende huc, &  
ostendam tibi quæ oportet fieri cito. Post hæc sta-  
tim fui in spiritu. ] Similia utiq̄ priori uoci, quæ  
dixerat: Quod uide, scribe in libro.

Et ecce sedes posita erat in caelo, & supra,  
sedem sedens. ] ¶ Ecclesiam in caelesti cōuersatio-  
ne positam dñs inhabitat. Gregorius Papa solum  
dei in uisione Michææ, angelicas potestates inter-  
pretatur, quarum mentibus altius præsidens, infe-  
rius cuncta disponit.

Luc. 17.

Et qui sedebat, similis erat aspectui lapi-  
dis iaspidis & sardij. ] ¶ Iaspidis co. ora quam, sar-  
dij, iquem significat: quibus duobus iudicium noui  
mūs celebrari. Sicut enim, inquit, in diebus Noæ,  
ita erit & aduentus filij hominis.

Et iris erat in circuitu sedis, similis uisio-  
ni smaragdine. ] ¶ Iris quæ fit sole in nube radian-  
te, & post diluuium primo propiciationis indicio  
facta est, in recessu sanctorum quos dominus illu-  
strat, ecclesiam muniri designat: qui bene smarag-  
dij lapidi uiriditatis nimie, comparatur. Quo em  
hæreditatem in martescibilem fide perfectiori ex-  
pectant, & potentius etiam cæteros orando pro-  
tegent. Quia ergo hic de istis tribus lapidibus par-  
ua dixime, libet ut & de istis & alijs pariter nobili-

bus, paululo latius disputemus, de quibus & Isaias  
 ait: Ecce ego sternam p ordinem lapides tuos, & **Isa. 54.**  
 fundabo te in sapphiris. statim q; quasi exponens,  
 subiicit: Vaneros filios tuos a domino doctos. **Apo. 21.**  
 q; fundamentum primum, iaspis. Iaspidium mul-  
 ta sunt genera. Alius enim viridis coloris est, &  
 tinctus quasi floribus apparet; alius smaragdi ha-  
 bens similitudinem, sed crassi coloris, quo omnia  
 phata smarata fugari autumant; alius niuis & spumę  
 marinorum fluctuum, quasi mixto cruore obrui-  
 lans. Per iaspide ergo fidei uiror immarcescibilis  
 indicatur, quę dominicę passionis sacramęto p  
 undam baptismatis imbuitur, atq; ad omnes spiri-  
 talium gratiarum flores proficientibus meritis in-  
 struitur. Hanc enim qui habuerit, uanos timores  
 fugat, monęte Petro apostolo: Aduersarius uester **1. Pet. 5.**  
 diabolus tãquam leo rugiens circuit, quęrens quę  
 deuoret, cui resistite fortes in fide. q; Secundum, **Apo. 21.**  
 sapphirus. Huius lapidis colorę pariter & sacramę-  
 tum Moyfes exposuit, cum dei habitum describēs, **Exo. 24.**  
 diceret: Sub pedibus eius quasi opus lapidis sap-  
 phiri, & quasi cælum cum serenum est. Iezechiel  
 quoque dicit, quod locus in quo thronus deist, **Iez. 1.**  
 sapphiri habeat similitudinę, & quod gloria domi-  
 ni in hoc colore constet, pfiguratur autem eum, qui  
 portat imaginem cęlestis, & qui cum Apostolo **Phil. 3.**  
 potest dicere: Nostra autem conuersatio in cælis  
 est, q; Tertium, calcedonius. Chalcedonius quasi  
 ignis aut lucernę pallentis speciem retinet, & ha-  
 bet fulgorem sub dio, non in domo. Quo de-  
 monstrantur hi qui cęlesti desiderio subnixi, ho-  
 minibus tunc latent, & quasi in abscondito ie-  
 iunium, elemosynam, precesque suas agunt.

- Sed cum uel doctrinæ, uel alijs sanctorum uisibus inferuituri in publicū prodire iubentur, mox qd fulgoris intus gesserint, ostendunt. de quorū uno
- Ioh. 6.** dicitur: Ille erat lucerna ardens & lucens, ardens uidelicet amore, lucens sermone. ¶ **Quartū**, smaragdus, Qui nimia uiriditatis est, a deo ut herbas uirentes, frondesq; & gemmas etiā omnes superet, inficiens circa se uiriditate repercussum aerē. Cuius genera plurima sunt, sed nobiliores scythici, secundum locum tenent bactriani, tertium ægyptiaci. Significat animas semper fide uirentes, quæ quo magis aduersitate seculi, quā frigora Scythie designant, attentantur, eo amplius hæreditatē immarcescibilem & æternam, conseruatam in cælis, & mente concipere sperando. & in proximos satagunt spargere prædicando. ¶ **Quintum**, sardonix. Hic ex onyche candorem, ex sardio ruborem trahens, ab utroq; sardonichis nomē accepit. Sūt autem genera eius plurima. Alius enim terræ rubræ similitudinem tenet. Alius, quasi per humanū unguē sanguis eniteat, bicolor apparet. Alius tribus coloribus: subterius nigro, medio, cædido: superius, miniaceo consistit. Cui cōparantur homines, corporis passione rubicūdi, spūs puritate candidi, sed mente sibimet humilitate despecti. ¶ **Sextū**, sardius. Qui ex integro sanguinei coloris est, & martyrum gloriā significat, de qua dicitur: Preclola in conspectu domini mors sanctorum eius.
- Psal. 115.** Merito sexto loco positus, cum dominus noster seculi sexta ætate incarnatus, & sexta feria sit pro totius mundi salute crucifixus. ¶ **Septimum**, chrysolithus. Lapis iste quasi aurū fulget, scintillas habens ardentes: cuius speciei figurātur hi, qui intel

**Ibid.**

**Ibidem.**

**Psal. 115.**

**Apo. 21.**

lectu supernæ ueræq; sapiëntiæ fulgentes, uerba exhortationis in proximos, uel etiam uirtutū scintillas quasi ignis effundunt: quorum, ut Arator ait,

Mentibus instat amor, sermonibus æstuat ardor. Quia quod solo spiritualis gratiæ munere geritur, decentissime septimo fundamento chrysolithus inest. Septiformi enim sæpe numero solet spūs sancti gratia figurari. ¶ Octauū, beryllus. Beryllus est quasi consideres aquā solis fulgore percussam, rubicundum ac decorum reddere colorē: sed non fulget, nisi in sexangulam formam poliendo figuretur. Repercussu em̄ angulorum, splendor illius acuitur. significat autem homines ingenio quidē sagaces, sed amplius supernæ gratiæ lumine refulgentes. Quodq; tenentis manui adherere dicitur, proculdubio patet: quia quisquis sancto uiro coniungitur, eius nimirum bonæ conuersationis igne recreatur. ¶ Nonū, topazius. Topazius lapis quātum inuentione rarus, tanto pretiosior est. q̄ duos habet colores: unū auri purissimi, & alterū ætherea claritate relucētē. Hæc regibus ipsis adeo fertur esse mirabilis, ut inter diuitias suas nihil se simile possidere cognoscāt. Cuius pulcherrima naturæ qualitas, contemplatiuæ uitæ decori dignissime comparatur. Hanc em̄ reges sancti, quorum cor est in manu dei, cunctis bonorum operum diuitijs, uniuersisq; uirtutum gemmis merito præferunt: tanto ardentius cælestis uitæ dulcedinē animo complectentes, quanto frequentius supernæ gratiæ fuerint splendore percussi. Habent ergo sancti uiri aureū colorē ex interna flamma charitatis, habent æthereum ex supernæ contemplatione dulcedinis. Quod uero in insula The

Ibidem.

Ibidem.

Q

baida, que Topazion appellatur, unde & ipse nomen accepit, inueniri dicitur, dupliciter intelligendum est: quia & illæ præcipue (id est, Aegyptiorum) regiones monachorum gregibus abundant, & quæcumque soli iustitiæ intimus habitauerit, ætherei nimirum luminis fulgore coloratur. Et pulchre sicut in octauo ordine actiue uitæ perfectio, sic in nono speculatiue suauitatis gemma ponitur, siue, quia nouè ordines angelorum, quorum uitam imitatur, in scriptura sancta reperiantur. ¶

**Apo. 21.** chrysoprasus Chrysoprasus est uiridis aureæque comixturæ, quoddam etiã purpureum iubar trahens, aureis interuenientibus guttis. Nascitur autem in India, significans eos, qui uiriditatem æternæ patriæ, perfectæ charitatis fulgore, præmerentes, eam etiam ceteris purpurea martyrii sui luce patefaciunt. Qui quoniam in eo quod uitam presentem despiciunt, & æternæ uitæ gloriam præferunt, domini in carne apparentis exempla sequuntur, iam uelut in India, id est, prope solis ortum, meritorum suorum fulgur ostendunt. ¶

**Ibid.** Undecimum hyacinthus. Hyacinthus in Æthiopia reperitur, cæruleum colorem habens. Optimus, quæ nec clarus est, nec densitate obtusus, sed ex utroque temperamento lucet, purificatum suauiter florem trahit. Hic autem non rutilat æqualiter, sed cum facie cæli mutatur. Sereno enim, perspicuus atque gratus est: nubilo, coram oculis euanescit atque marcescit. Indicat autem animas cælesti semper intentioni deditas, atque angelicæ quodammodo quantum mortalibus fas est, cõuersationi propinquantes, quibus omni custodia discretionis cõuersari precipitur, ne uel nimia sensus subtilitate callentes, altiora se querere, & fortiora se scrutari audeant;

(gloria enim, dñi celare uerbū id est, caute de deo  
 uel homine Christo philosophari) ne uel rursū  
 desidia torpente, ad infirma fidei initia atq; elemē  
 ta, exordia sermonum dei relabantur: quin poti-  
 us uia regia gradientes, a dextris & a sinistris per  
 arma iustitiæ tutati, procedant. Quasi hyacinthus  
 núbilo circumdatus, loquitur: Nihil em̄ iudicauī me  
 scire inter uos, nisi Christum Iesum, & hunc cruci  
 fixū. Et quasi in serena luce uisus, ait: Sapientiā autē  
 loquimur inter perfectos. ¶ Duodecimū, amethy  
 stus. Amethystus purpureus, permixto uiolaceo  
 colore, & quasi rosæ nitore quāsdam Ieuiter flam-  
 mulas fundens, sed & quidam purpureus, non ex  
 toto igneus, sed quasi uinū rubens apparet. Purpu-  
 reus ergo decor, celestis regni habitum; roseus, ue-  
 ro atq; uiolaceus, humilem sanctorum uerecundi-  
 am preciosamq; mortem designat. ¶ In iaspide er-  
 go fidei uiriditas, in sapphiro spei celestis altitudo,  
 in chalcedonio flamma charitatis internæ figura-  
 tur. In smaragdo autē, eiusdem fidei fortis inter ad-  
 uersa confessio: in sardonyche, sanctorū inter uir-  
 tutes humilitas: in sardio, reuerendus martyriū cru-  
 or exprimitur: In chrysolitho uero, uox spiritalis  
 inter miracula prædicationis: in beryllo, prædi-  
 cantū perfectā operatio: in topazio eorundē ar-  
 dens contēplatio monstratur. Porro in chrysopra-  
 so, passio beatorum martyriū, opus pariter & præ-  
 mium: in hyacintho, doctorū celestis ad alta sub-  
 leuatio, & propter infirmos humilis ad humana  
 descensio: in amethysto, celestis semper regni in-  
 humiliū animo memoria designatur. Singuliq; la-  
 pides preciosi, singulis sunt fundamentis deputati.  
 Qui, licet omēs perfecti qbus ciuitas dei nostri in

Pro. 25.

1. Cor. 2:

Ibidem.

Apo. 21.

Q ii



monte sancto eius ornatur atq; fundatur, spiritalis gratiæ sint luce fulgentes: alij tamen per spūm  
**1. Cor. 12** datur sermo scientiæ, alij gratia sanitarum, alij genera linguarum, alij fides in eodem spiritu &c.

Et in circuitu sedis sedilia uigintiquatuor, & sup thronos, uigintiquatuor seniores sedentes. ¶ Ecclesiam, quam propter societatem fidei in una sede uiderat, eandē per geminū testamentum de patriarchis & apostolis generatam, in uigintiquatuor sedilibus cernit: sedentem aut, propter iudiciariam eius in Christo dignitatem. Sedebunt autem & iudicabūt uniuersa membra, sed in uno, & per unum caput. Nam quomodo poterūt sancti in iudicio sedere, stantes ad dexteram iudicis? ¶ Possunt etiam uigintiquatuor seniores in illis intelligi, qui perfectionem operis, que senario numero cōmendatur, clara euangeliij p̄dicatione cōsummant. Nā quater seni, uiginti quatuor faciunt. circumamicti uestimentis albis, & habebant in capitibus suis coronas aureas, ¶ Id ē, bonis operibus induti perēni mētis memoria gaudia supna quærētes. Sæpe enī capitis noiē mēs solet intelligi.

Et de throno procedebant fulgura & uoces & tonitrua. Hoc est quod Marcus ait: Illi autē profecti, p̄dicauerunt ubiq; dño cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.  
**Mar. 16.**

Et septem lampades ardentes ante thronum, qui sunt septem spiritus dei. ¶ Vnum spūm dicit septiformem, unum est enī spūs. Septiformitas enim, p̄fectio est & plenitudo. Cōmemoratio uero spiritus sancti cōuenienter undam baptismi sequitur, in quaidem spiritus percipi creditur.

& in conspectu sedis tanquam mare uitreum simile crystallo. [ Propter fidem ueri baptismatis refertur ad uitreum, in quo non aliud uidet exterius, quam quod gestat interius. Crystallo quoque quod de aqua in glaciem & lapidem preciosum efficitur, baptismi gratia figuratur.

Et in medio sedis, & in circuitu sedis, quatuor animalia plena oculis ante & retro. I Cunctos throni dei (id est, ecclesie) patres lumen euangelij de preteritorum futurorumque scientia replet.

Et animal primum simile leoni &c.

¶ Hec animalia multifarie interpretantur. Beatus autem Augustinus iuxta ordinem libri istius, Mattheum in leone dicit intelligi, qui regie dignitatis in Christo profetiam narrat, q & uicit leo de tribu Iuda, catulus enim leonis Iuda, & in quo ut rex a rege timetur, amatur, a doratur. Vbi etiam rex cum seruis rationem ponit, rex nuptias filio facit, & ad ultimū rex segregat oues ab hœdis. Lucam in uitulo, qui hostia magna fuit. In lege enim non solum principia circa templum & sacrificia diuisantur, sed ita concluditur: Et erant semper in templo, laudantes & benedicentes deum. Facies uero hominis Marcum significat, qui nihil de regali uel sacerdotali domini potentia locutus, tantum hominis Christi gesta simpliciter narrat. Aquila autem Iohannes est, qui natiuitatem uerbi uelut ortum solis perfecte aspectat. animalia autem nunc euangelista, nunc totam ecclesiam significant. Cuius fortitudo in leone, uictimatio in uitulo, humilitas in hoie, sublimitas in aquila uolante monstrantur.

Singula eorum habebant alas senas.

Q iij

Apo. 5.  
Gen. 49.  
Mar. 18.  
22. 25.

Luc. 24.

perfectiōne suæ doctrinæ ecclesiam ad alta subleuant. Senarius enim numerus ideo perfectus dicitur, quia primis suis partibus impletur. Vnum quippe quod est sexta senarij pars, & duo quod est tertia, & tria quod est dimidium, eundem senarium faciunt. Aliter: Alæ senæ quatuor animalium, quæ sunt uiginti quatuor, totidem ueteris instrumenti libros insinuant, quibus euangelistarum & fulcitur autoritas, & ueritas comprobatur.

& incircuito & intus plena sunt oculis.

**¶** Sancta ecclesia & coram deo & coram hominibus se uigilantem attendit, cuius interiores oculos aspexerat Psalmista, cum diceret: Omnis gloria eius filia regis ab intus. Exteriores uero, cum continuo subdit: In simbrijs aureis, circumamicta uarietate. Aliter: Siue literam attendas, siue allegoriam quæras, lucem semper in euangelio reperies. Alia trãstatio sic habet: Plena oculis ante & retro. Quia lux euangelij & in ænignate legis irradiat, & noue gratiæ mundo fulgur infundit.

**Isa. 6.**

Et requiem non habebant, die ac nocte dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus, dñs deus omnipotens. Sancta animalia per cuncta tempora seculi unam dominationem deitatis, omnipotentiam & æternitatem sanctæ trinitatis affirmant: & manente intellectualis creaturæ perpetua in cælestibus laude, prociunt.

uiginti quatuor seniores ante sedentem in throno & adorant [uiuētem in secula seculorū.]

Animalibus personantibus laudem, id est, euangelistis prædicantibus Christi dispensationē, omnis ecclesia, quæ in præpositis cōstat & populis, hoc

¶ *Si geminatus duodenarius numerus significat*  
 statim cadens in faciem, adorat uiuentem in se-  
 cula seculorum.

& mittebant coronas suas ante thronum,  
 deo uidelicet assignantes, quicquid uirtutis, quic-  
 quid habebant dignitatis: quippe qui ex nihilo  
 cuncta creauerat.

IN OCTAVA PENTE-  
 costes. Iohan. III.

In illo tempore Erat homo ex pharisæis,  
 Nicodemus nomine, princeps Iudæorū, hic  
 uenit ad Iesum nocte. Et reliqua.



Sicut ignorantia uni  
 us aliquādo multis  
 obesse solet, sic uni  
 us interrogatio multis  
 pdesse. Quod in huius le-  
 ctionis textu facillime  
 cōfirmamus, si Nicodemi  
 interrogationem, & dñi  
 responsionē solícite attē-  
 damus. Vtiliter em̄ un⁹  
 ignorat, qñ ad unius in-  
 terrogationē, nō unus,  
 sed multi, quid utile est

discunt. Nam ut supra e uangelica lectio retulit.  
 predicāte domino, Hierosolymis in die festo, mul-  
 ti Iudæorum crediderunt in nomine eius, uiden-  
 tes signa quæ faciebat. Ipse autē Iesus nō credebat  
 semetipsum eis, eo quod nosset om̄es, & quia opus  
 ei non erat, ut quis testimonium phiberet de ho-  
 mine. Ipse em̄ sciebat quid esset in homine. Ex eis

Ioh. 2.

Q. iij

ergo qui crediderant, unus erat iste Nicodemus: quoniam rudimenta caelestis doctrinae aliquantulum perceperat, cupiens plenius instrui, ut secretius eius allocutione perfrui posset, nocte ad eum uenit, Nox autem, in qua uenit, ipsam ignorantiam qua premebatur, significat, quia enim illum nondum uerum deum esse credebat, sed quasi magistrum docendus adibat, congrue non in die, sed in nocte ueniebat.

Ephe. 5.

Non enim de illis erat, qui ab Apostolo audire meruerunt: Fuitis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino: sed potius in illorum numero esse comprobatur, quibus per prophetam dicitur: Surge, illuminare Ierusalem, quia uenit lumen tuum.

Isa. 60.

Ephe. 5.

Et per Apostolum: Surge qui dormis, & exurge a mortuis. Vel certe, quia princeps Iudaeorum erat,

Ioh. 9.

[nocte ad Iesum uenit,] metuens sibi imminere aliquod periculum, non solum a Iudaeis, sed etiam a Romanis, iam enim conspirauerant Iudaei, ut si quis eum palam confiteretur Christum, extra synagogam fieret. Non solum quidem nocte in ipso statu temporis, sed etiam uerbis suam ignorantiam pandit, cum ei dicit:

Rabbi, scimus quia a deo uenisti magister,

A deo igitur illum missum ad caelestem magistrum docendum, ex uisione miraculorum intelligebat, necdum tamen ipsum uerum deum credebatur. Et ideo ait: [Rabbi, scimus quia a deo uenisti magister.] Rabbi autem & magister, unum idemque est. Sed hebraice rabbi, latine magister dicitur. Si enim perfecte eum uerum deum esse credidisset, magis dominum quam magistrum appellasset. Sed, dum magistrum appellauit, & dominum tacuit, non se perfecte credere manifestauit: quoniam necdum

erat perfusus illo, qui foras mittit timorem, sed potius de illis erat, quibus dicitur: *Quæsierunt gloriam hominum magis quam dei.* Vnde non incongrue figuram catechumenorum tenet, illorum scilicet, qui in fide imbuuntur baptismum percepturi. Et illi quidem requisiti, se deum credere confitentur, necdum tñ eius occulta mysteria capiunt, nec sacramentum corporis & sanguinis ipsius intelligunt. Nos autem qui in fidei fundamento radicati sumus, essentialiter de illo credamus, quod Nicodemus quasi insipiens loquitur. Ipse enim est uerus magister, a quo omnis sapiëntia procedit, & cū quo fuit semper & est ante æuum, sine cuius magisterio insipiens esse conuincitur, etiam qui sibi sapiēs esse uidetur. Qui ait discipulis suis: *Vos uocatis me, magister & domine, & benedicitis: sum enim.* Et iterum: *Vos autem nolite uocari rabbi, unus est enim magister uester.* Credamus autē illū a deo uenisse, iuxta quod ipse in euangelio loquitur, dicens: *Ego a meipso non ueni, sed pater meus misit me.* Et iterum: *Qui me misit, mecū est.* Et alibi: *Vado ad eum qui misit me.* Et rursus: *Exiui a patre, & ueni in mundum.* De cuius aduentu Paulus scribit, dicēs: *At ubi uenit plenitudo tēporis, misit deus filiū suū, &c.* Quod uero subiunxit,

*Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo.* Non solum autem illa quæ dominus faciebat, sed nec parum aliud boni sine illo fieri posse credamus, qui ait in euangelio: *Sine me nihil potestis facere.* Cæterum per eius gratiam multis datum est esse possibile, quod sine illo omnino esset impossibile, sicut ipse ait: *Qui credit in me, opa quæ ego facio, & ipse fa-*

Ioh. 12.

Ioh. 13.

Mar. 23.

Ioh. 8.

Ibid.

Ioh. 16.

Ibid.

Gala. 4.

Ioh. 15.

Ioh. 14.

ciet, & maiora horum faciet. Ex uirtute autē miraculorū credidit eum a dño esse missum, uel aliquē magnum uirum, sicut Moysen, aut Eliā aut unum ex pphētis; sed ipsam potestātē nō se habere posse credidit, sed a deo accipere. Et q̄a de salute sua sollicitus Nicodem⁹, ad magistrum ueritatis interrogādum uenerat, nō solum modo secundę natiuitatis, sed etiā mysterium passionis & resurrectionis, atq; in cælum ascensionis audiuit. Nam subditur:

Respondit Iesus, & dixit ei: Amē amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit, denuo, non potest uidere regnum dei. ] Omnis enim homo originalis peccati uinculo tenetur astrictus, ante quam per undam baptismatis & gratiam sancti spiritus sit ablutus, teste Psalmista q̄ ait: Ecce em̄ in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Et sicut per beatum Iob dicitur: Nemo mundus est a peccato, etiā si unius diei uita eius fuerit super terrā. Sed Nicodemus, qui nō est ad dominum uenerat, necdum mysterium secundę natiuitatis intelligens, dixit ad Iesum:

Psal. 50.

Iob. 4.  
& 25.

Quomodo potest homo nasci, cum sit senex: nunquid potest in uentrem matris sue iterato introire & renasci? ] In quibus uerbis non esse impossibile q̄d audit, adfirmat: sed modum, q̄modo fieri possit, interrogat. Sed q̄d ille de carnali natiuitate dicit, nos de spū sentire debemus. Sicut em̄ homo in uentrē matris sue iterū nō potest introire & renasci, sic q̄ baptizatus est, rebaptizādus nō est. Siue em̄ ab hæretico, siue a quolibet facinoroso in nomine sanctę trinitatis baptizatus fuerit, iterum nō est baptizandus, ne inuocatio tanti noīs uideatur

annullari. Hoc autē sacramentū nec malus peius,  
nec bonus melius implere potest. Quia qualiscunq;  
q; sit minister exterior, spūs sanct⁹ operator est in  
terior. Vnde post baptismum ecclesia peccantibus  
pœnitentiā indicit, non autem baptismum iterat.  
Quo ordine spiritalis natiuitas impletur, dñs ma  
nifestat, cum q̄renti Nicodemo respondit, dicens:

Amē amē dico tibi, nisi quis renatus fue  
rit ex aq̄ & spūs sancto, nō potest introire in regnū  
dei. ] Et cōuenienter in ordine baptizādi utrunq;  
posuit, aquā s. & spiritum sanctum. Quia aq̄ cor  
pus lauat, sed spūs sanctus mentē renouat. Super  
flue em̄ aq̄ esset, nisi spiritus sanctus peccata remit  
teret. Aqua igitur exterior significat, qd̄ spiritus san  
ctus interior operatur. i. mundationē peccatorū.  
Ergo aq̄ p̄ficat ad lauac̄, spiritus autē ad gratiā.  
liquidē Iohannes baptizabat populum aq̄, nō in  
remissionē peccatorū, sed in pœnitentiā, dicens: *Mat. 3.*  
Ego baptizo in aq̄, medi⁹ autē uestrum stetit, quē  
uos nescitis. Hic est qui baptizat in spiritu sancto  
& igni. Postquam ergo ille uenit, qui singulari pri  
uilegio meruit, ut spūs sanctus sup̄ eum in specie  
columbe descenderet & maneret. & p̄ suum bap̄ti  
smum nostrum bap̄tismū sanctificauit omnes cre  
dētes remissionem peccatorum accipere credim⁹.  
De quo bap̄tismate dominus dicit: Vos autem ba *Act. 1.*  
ptizabimini spūs sancto non post multos hos dies. *Mat. 20.*  
Et iterum: Bap̄tismate meo baptizabimini. Et rur *Luc. 12.*  
sus: Bap̄tismate habeo baptizari. Sed q̄ ad ianuā  
paradisī rhōphea illa flammea, & gladius uersati  
lis post peccatū positus fuerat, necesse erat ut per  
spūs sanctum peccatis relaxatis, credētibus iterum  
per bap̄tismum aperiretur. Quod quia inuisibilis



spiritus inuisibiliter operatur, recte subiungit:

Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. ] Ac si diceret dominus: Sicut caro ex carne nascitur, sic per spiritum dei spiritus hominis renouatur. Vnde ait Apostolus. Renouamini spiritu mentis uestræ, & induite nouum hominem, qui secundum deum creatus est, in iustitia & sanctitate ueritatis. Solæ autem mentes fidelium nouerunt, quia cum aliquis ad baptismum uenit, descendit filius ire, & ascendit filius reconciliationis: descendit filius diaboli, & ascendit per adoptionem filius dei: descendit filius discordiæ, & ascendit filius pacis. Cæterum coram oculis insipientium & infidelium, qui nihil aliud, quam quod oculis uident, credere uolunt, totum quod in baptismo agitur, ludus esse putatur. Vnde in fine, uisita sanctorum gloria, dicturi sunt: Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij: nos insensati, uitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Quomodo ergo cõputati sunt inter filios dei, & inter sanctos fors illorum est?

**Eph. 4.**

**Sap. 5.**

Non mireris, quia dixi tibi, oportet uos nasci denuo. ] Quia Nicodemus, quod a magistro ueritatis audierat, nõdum perfecte intelligere poterat, non mediocriter mirabatur. Sciebat enim ueritatem falli non posse: & tamen quomodo fieret, quod ueritas proferebat, non intelligebat: & ideo mirabatur. Cuius mentem dominus ab admiratione remouens, sacramentum secundæ natiuitatis manifestius declarauit, subiiciens:

Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius au-

dis, sed nescis unde ueniat, aut q̄ uadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. ] Spiritus ubi uult spirat, quia cuiuscunq; mentem uult illuminat, sic ut Apostolus enumeratis eiusdē spiritus sancti donis, ait: Hęc omnia operatur unus atq; idem spiritus. **1. Co. 12**  
 tus, diuidens singulis prout uult. [ Et uocem eius audis, ] cum is, quem repleuerit, te pręsente deum confitetur. [ Sed nescis unde ueniat aut q̄ uadat: ] quia eius nec initium, nec finis uidetur. Siue certe, [ nescis unde ueniat aut quo uadat. ] quia qualiter in hominem ingrediatur, & egrediatur, uidere nō potes. quoniam inuisibilem habet naturam, intantum, ut si te pręsente ad horam aliquem spiritus prophetę repleuerit, uidere non possis. Si em̄ tu ipse spiritum corporalibus oculis uidere non potes, & tamen te spiritum habere non dubitas, multo magis spiritum dei inuisibiliter operantem uidere non uales: & tamen quod inuisibiliter operatur, fidelis mens non dubitat. [ Sic est om̄is qui natus est ex spiritu. ] Id est, sicut spiritus dei inuisibilis est, sic hominis spiritus inuisibilis est. Et sicut spiritus dei inuisibiliter operatur, sic spiritus hominis inuisibiliter renascitur. Et quia hoc sacramentum inuisibile quisquis non intelligit, non contumaciter, sed humiliter inquirere debet, sicut Nicodemus adhuc interrogat, dicens:

**Quomodo possunt hęc fieri?**

Cui a domino responderetur:

**Tu es magister in Israel, & hęc ignoras?**  
 Quod nō insultando dominus dicit, quali q̄ magister uocaretur, & tamen tanti mysterij ignarus esset, sed illum ad humilitatis uiam prouocat, sine q̄

ianua regni cælestis non aperitur. Ait enim:

Amen amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod uidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis. ¶ In quibus uerbis indiuisibilem trinitatem in substantia humanitatis ostendit, cum unus idemque dei filius loquens non singulariter, sed pluraliter, dicit: quod scimus loquimur: quia qd scit filius, scit pater, scit & spiritus sanctus. Et quod loquitur filius, loquitur pater, loquitur & spiritus sanctus. Et quibus una est substantia, non dispar est scientia: Testimonium eius non acceperunt, quia sicut ipse dixit: Ego ueni in nomine patris mei, & non suscepistis me.

Joh. 5:

Si terrena dixi uobis, & non creditis: quomodo si dixerō uobis cælestia, credetis? ¶ Frequenter dominus ad discipulos & ad turbas loquens, similitudines de rebus terrenis, adhibuit, sed quia illi terrena & uisibilia non credebant, quomodo cælestia capere possent? Ut autem ex multis unum, proferamus, terrena dominus eis ostendit, cum ait: Soluite templum hoc, & in triduo suscitabo illud. Illi autem non intelligentes, quod de templo corporis sui loqueretur, ad materialis templi destructionem siue restorationem sermonem conuerterunt, dicentes: Quadraginta & sex annis edificatum est templum hoc, & tu tribus diebus excitabis illud? Quisquis autem cæleste sacramentum cognoscere desiderat, paulatim ad superiora ascendere debet. Unde postquam dominus modum secundæ natiuitatis Nicodemo aperuit, ascensionis suæ potentiam declarauit, dicens:

Joh. 2:

Id.

Et nemo ascendit in cælum, nisi qui de-

[cēdit de cælo, filius hoīs q̄ est in cælo.] Vbi qua-  
 ritur, q̄ modo filius hoīs descēdisse de cælo iuxta  
 ipsius promissionē, & ante ascensionē in cælo esse di-  
 catur. Ad quod dicendū, q̄ mediator dei & homi-  
 nū dñs Iesus Christus, in una eadēq; p̄sona ex dua-  
 bus substantijs creditur, diuina s. & humana. Quia  
 idē est filius dei, q̄ & filius hoīs: & idem filius hoīs,  
 q̄ & filius dei. Ipse ergo descendit de cælo p̄ huma-  
 nitatē, q̄ erat in eo per diuinitatē. Et ipse ascendit  
 in cælū p̄ humanitatē, ubi semper erat per diuinita-  
 tem. Cui simile est q̄d alibi dicit, Exiui a patre, & Ioh. 16  
 ueni in mundum: itē relinq̄ mundū, & uado ad  
 patrem. ¶ Quæritur itē, q̄re dicat, Nemo ascen-  
 dit in cælum &c. cum oīs fidelium ecclesia illo se as-  
 censurā esse credat, quo caput suū meminit p̄cessis-  
 se, iuxta ipsius p̄missionem, dicentis: Volo pater Ioh. 12  
 ut ubi sum ego, ibi sit & minister meus. Ad q̄d di-  
 cendū, q̄a oīm electorū caput est Christus, & hui⁹  
 capitis mēbra sunt oēs electi, quibus ait Apосто-  
 lus: Vos autē estis corpus Christi, & mēbra de mē-  
 bro. Membra ergo capiti suo adhgrentia, in cælū I. Co. 12  
 sunt ascensura. Sed q̄a nullus sua uirtute uel meri-  
 to cælum ascendere potest, nisi p̄ eius gratiā, q̄ de  
 cælo in terrā descēdere dignatus est, recte dicitur:  
 [Nemo ascendit in cælū, nisi q̄ descendit de cælo,  
 filius hoīs qui est in cælo.] Quia dñs Iesus Christ⁹  
 cum suis membris unū efficitur corpus, qui ergo  
 cæli ascendere desiderat, capiti suo totis uiribus ad-  
 hæreat. Et quia prius dñi passio consummanda  
 erat, & postmodum eius ascensio declarāda, Nico-  
 demū magistrū Mosaicę legis, dñs ad spiritalem  
 eiusdē legis intelligentiā, puocat, cum subiungit:  
 Et sicut Moyses exaltauit serpentem in de

Nu. 21.

ferro, ita exaltari oportet filium hominis.] ¶ Vbi  
historiæ ueteris libri Numeri dominus meminit,  
in qua tædio longi itineris populus Israeliticus af-  
flictus, murmurasse contra dominum & Moysen  
legitur. Propter quod misit in eos dñs serpentes  
ignitos, ad quorum morsus cum plures moreren-  
tur, uenerunt ad Moysen, dicentes: Omnes mori  
mur, ora pro nobis ad dñm. Cumq; orasset Moy-  
ses, iussit eum dominus facere serpentē æneum, &  
ponere in stipite pro signo dicens: Si quis percuf-  
sus eum aspexerit, uiuet. Facta est mira res, & an-  
tea inaudita. Mordebantur a serpentibus, aspicien-  
tē serpentem, & sanabantur. Aenei ergo serpen-  
tis exaltatio, domini passionem præfigurauit, qui  
exaltandus erat in cruce, sicut ipse in præsentī lo-  
co dignatus est exponere. De qua ipse alibi ait: Si

Ioh. 12,

exaltatus fuero a terra, omnia trahā ad me ipsum.  
Nec cuiuslibet indignum uideri debet, si dominus  
per assumptam humanitatem serpenti compare-  
tur: quia ipse per prophetam de seipso loquitur,

Psal. 21.

Ego autē sum uermis & non homo, opprobrium  
hominū & abiectio plebis. Et sicut in septuagin-  
ta interpretibus legitur, scarabeus clamabat de li-  
gno, id est, Christus de cruce. Sicut enim serpens il-  
le similitudinem habebat ignitorum serpentium,  
sed tamen a ueneno serpentium alienus erat: sic dñs  
Iesus Christus apparuit in similitudine carnis pec-  
cati, nullam tamen maculam traxit peccati. Aene-  
us autem dictus est serpens, propter infinitam in  
Christo æternitatem. Aes autē durable est metal-  
lum, & ualde sonorum. & natura æternitatis nec  
initium habuit, nec finem habebit. Vel quia æs ru-  
bicundum habet colorem, æneus dictus est serpens,

propter preciosi sanguinis effusionem. Igniti autem serpentes, quorum moribus homines peribant, uenenosas cogitationes & mortiferas persuasiones significant. Quæ cum delectatione peruersam usque ad consensum perducunt, quasi pungendo animam interinuunt. Nam & primi parentes nostri in paradiso serpentis astutia sunt decepti. Miro ergo ordine contra serpentem ponitur serpens, quia per hoc quod dominus pro nobis passionem sustinuit, antiqui serpentis caput contriuit. Quicumque ergo originalis peccati punctione, uel cuiuscumque uulneris contagione uult sanari, intueatur serpentem in stipite, id est, confiteatur Christum in cruce, & hunc crucifixum. Cumque tali fide armatus crucifixerit membra sua cum uitijs & concupiscentijs, non solum a mortis periculo liberari, sed etiam ad uitam peruenire merebitur æternam. Unde & subditur:

Ut omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat uitam æternam. Omnis enim (ait scriptura) quicumque iuocauerit nomen domini, saluus erit. sicut ipse saluator in euangelio ait: Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit uiuet. Et omnis qui uiuit, & credit in me, non morietur in æternum. Ille autem uere credit, qui sic uiuit sicut Christus precipit. Qui autem confitetur uerbis, sed factis eum negat, non uitam meretur, sed pœnam. quia sicut ait iacobus apostolus, Fides sine operibus mortua est. Et iterum: Tu credis quod unus sit deus? bene facis, & dæmones: credunt, & contrem sicut.

Icel. 2.

Ioh. 11.

Iac. 2.

Ibidem.

## DOMINICA II. POST

Pentecosten. I. Ioh. III.

Charissimi, Deus charitas est. In hoc ap-  
R